

Hippocrates Chymicus. 135

quo rursus evoca aquam elementalem, repete hanc operationem, & tota vini substantia in aquam & terram elementalem omni sapore & odore priuatam transit. Hinc patet, quod vinarum succus, alcali & acidum (in quo Rector habitat) conseruavit, per varios casus, per tot discrimina, usque ad ultimam sui annihilationem.



Desertam & incultam viam  
explanat.

### C A P V T X I X .

**Q**uod præcedenti capitulo in vinarum succo ostendi, illud ipsum de omnium vegetabilium succis intelligendum est, omnibus siquidem inest acidum & alcali, magis & minus, ut Hippocr. & experientia docent: eâ tamen differentiâ, quodd in illis, quæ frigida appellamus, prædominatur alcali, & non sunt

M ij

*homo oper,  
quod ope-  
ratus est  
Deus. Eccl.  
c. 3. v. 11.*

336 Ottonis Tachenij  
fermentabilia, nisi externo acido aut calore sint excitata: quæ verò calida in ijs acidum prænaulet, & ob id facilè fermentabilia ut in progressu apparebit.

Quorundam etiam vegetabilium alcali, est vicinus fixo, & ideo cum acidis mineralibus coit, sicut ostendi in gallis, semper uiuo maiore, granorum corticibus &c. Quorundam est multò delicatius, eapropter acida mineralia illud confessim absunt, quatenus sunt nutritiua, & animalium digestioni accommodabilia, quæ consistit in mitiori acido; horum census sunt pyrola, Alchimilla, Betonica, Farfara, &c. quæ vulneraria ob id nominari cæperunt; quorum alcali obortam iniustam aciditatem in stomacho, ut & in vulnera minuant, inhibent atque arcent, quia aciditas omnis extra stomachum noxia est, morbosā atque putredinis comes, quam vulgus ab effectu calorem dicit, febrim enim excitat, & vulnera

*Corrup-  
tio omnibus  
mutuo, in-  
ter se est,  
maiori à  
minere, &  
minor à  
maiore Hip-  
lib. 1. de  
dieta.*

putrefacit. Illud acidum, ut calor & putrefactionis initium, obseruarunt quām plurimi peri-  
ti Chirurgi in vulneratis; eā de  
causā illis prohibent vini usum,  
& quidem rectē, ne subtilis &  
vaporabilis vini aciditas malum  
augeat; harum alcali, inquam,  
non sit manifestum, cum acidis  
mineralibus; sed quoniam ipsa  
sunt nutritiua, idcirco diētum  
alcali, se associat sui similibus  
& nutritiuis, & mitioribus a-  
cidis, quām mineralibus; vt  
pote dissolute salis saturni ( fa-  
cti cum aceto distillato, illud e-  
nim animalium digestioni non  
reluctatur ) drachmam, in vncijs  
tribus circiter aquæ distillatæ  
(quæ alcali volatile non habeat)  
rorismarini, lauendulæ, rutæ  
&c. permitte vt fæces deponat:  
hæc solutio sapore dulcis, plum-  
bum absconsūm continet. Hoc  
in solutum pellucidum, stilla suc-  
cum clarum dictarum herbarum  
vulneriarum, & illicò lactes-  
cit; pro signo, quod alcali her-

*a Natura  
gaudet in  
sua natura.*

138 Ottonis Tachenij  
bæ absorbet acidum ex plumbo,  
quod paulatim cadit.

Quemadmodum enim alcali-  
fixum, Mercurium; & alcali fi-  
xo vicinior, vitriolum præcipi-  
tant, ut suprà ostendi; sic etiam  
hic mitius alcali requirit & mi-  
tius examen.

Paracelsi  
Sciencia a-  
nalytica  
corporum.

Paracelsus occultum illud her-  
barum alcali primus obseruauit,  
qui harum gradus minutissime,  
fortasse simili examine didicit:  
obseruauerat in vulneribus, pu-  
tredines ex acido prouenire, hinc  
fœbrilis calor, & vulnerum cor-  
ruptio; qui primus, inquam, po-  
tiones vulnerarias præscripsit, &  
fœliciter dictam aciditatem &  
putredinem coërcuit, vocauit-  
que eas herbas vulnerarias. Et li-  
cet Ioannes Tagaultius Gallus,  
& Gabriel Fallopius Italus, Me-  
dici clarissimi & Chirurgi ex-  
cellentissimi, in vulnerum cura-  
tione potiones vulnerarias dam-  
nent, & explodere conentur;  
afferentes eas suo calore sangu-  
inem in corpore inflammare, ex-

*Hippocrates Chymicus.* 139;  
tenuare, eiusque eruptionem è vulnere excitare: tamen cùm simplicia vulneraria non cuilibet Chirurgo nota sint, & sine distinctione vel graduum cognitione præscribuntur ( omnibus enim adire Corinthum non contingit ) experientiâ etiam dictæ potiones comprobatae sunt, cum quibus Paracelsus etiam pulmonum ulcera fœliciter sanavit, ut historiæ testantur; non minùs & hecticam febrem, ut nos quoque experti sumus, quæ est vniuersalis & solidorum inepta aciditas, quam unico verbo calorem appellamus, quamq; dicta alcalia longè promptius lacte absumunt & absorbent, ut suo loco ostendi, & ipsa sanatio docet; nos potiones vulnerarias in curatione vulnerum meritò retinebimus & usurpabimus.

Aciditatem a esse, caloris & doloris causam obseruauunt cum Chirurgis, quām plurimi emunatores Medici, sicut etiam, quod cornu Cerui usum, acerum &

*Pedis  
vel femoris  
ulcera, &  
vulnera sa-  
nan turpe-  
tionibus  
quidni e-  
riam idem  
in pulmone  
facient?*

*De spe-  
cifico acido:  
bie sermo-  
nem insti-  
rui ompon-  
dij breuitas  
non permit-  
tit, vide  
tamen cap.  
21.*

reliqua acida omnis generis in se  
absumit, vnde illud in maxima  
dosi, ab vncia semis ad vnciam,  
in aqua refrigerante, alcali vola-  
tile continente, fœlici successu  
febricitatibus propinarunt. Nam  
sicut cornu cerui vstum, ex aceto  
absorbet & combibit acidum vo-  
latilem salem, sic aciditatem in  
quibusdam febribus obortam tol-  
lere & absumere, non sine mag-  
no animi gaudio animaduerterūt.

Occulta  
alcalia.

Præter vulneraria, sunt & oc-  
cultiora & volatiliora alcalia in  
herbis, quas refrigerantes no-  
minamus, vt lactuca, portula-  
ca, Farfara, intibum genera &  
species, quorum alcali valde est  
fugitium, & reperitur non so-  
lum in succis, sed etiam in aquis  
earum diligenter distillatis: vnde  
dicitur, quod huiusmodi herbae  
exsiccatæ nullius sunt valoris,  
quia earum alcali expirauit.

Sic & aqua distillata ex rana-  
rum spermate (totum enim sper-  
ma cum patientia ex balneo ele-  
vatur in puram aquam relictis)

granulis nigris & aridis, quæ non  
sunt reijcienda ) abundat occulto  
volatili alcali, & plumbum ex  
dicta solutione illico præcipitat  
promptius & copiosius, quam  
ulla alia aqua refrigerans; hæc  
aqua magni est æstimanda, in  
plurimis affectibus ex peculiari  
acido: desperatam enim hæmor-  
rhagiam ex vtero, feliciter sana-  
tam noui, quatenus sanguinis  
aciditatem primò absorbet, po-  
stea inhibet & arcet. Hæc etiam  
aqua, dolenti parti podagræ ap-  
plicata, statim dolorem mitigat,  
quatenus acorem mortificat &  
alterat. Cum verò dolor est vehe-  
mentior, tunc aciditas est in ma-  
iori copia & vigore, alcali vo-  
latile causam absumentis, mani-  
festior tunc esse debet; tollit ve-  
rò dolorem sine dubio; hinc  
discitur, huius causam ex acido  
prouenire; si aliàs, à iuuantibus  
& nocentibus sumenda est prin-  
cipalis indicatio, vt Avicenna  
docet. Vesaniæ itaque similis est  
quorundam canonorum Medi-

Aqua ren-  
frig. occul-  
ta habent  
alcali.

Alcal. ve-  
lar. podagra  
dolores ab-  
sumunt.

corum stulta opinio, quod contra Hippocratis doctrinam, contrarijs mederi, & huiusmodi simplicibus catarrhum ut aiunt repellere, maiusque malum cauare ex ignorantia timent, & idiotis persuadent. Alcali enim volatile Hippocrates indicat inane & vacuum, quod omnem dolorem podagricum ( non le-  
*Podag. no-  
dosa coagu-  
lat, ut cal-  
culus, di-  
uerso saltē  
acido.*) quor de nodosa & coagulata ) arthriticum, nephriticum, sciatricum & similia, paucissimo spatio, externè saltē adhibitum tollit, quatenus acidum doloris causam, confessim ( impatiens inanitatis ) combibit & absumit.

Sed non solum aquæ ex refri- gerantibus herbis distillatæ, ve- rūm etiam aqua communis, pu- tealis vel fluminis, alcali occul- tum continet, cuius ratione nu- trit animalia & plantas omnes.

*a Hip. l. dediata.* *Ferrum ignitum, ac in aqua ex- tinctum acquirit robur docet Hip. citato libro, & quotidiana experientia: ferrum enim habet*

*Aqua*

*simplex  
nutrit, &  
in aqua est*

nimum volatilis acidi , à quo  
sponte in scoriam & ferruginem  
abit : cum verò acidum ab alca-  
li combibitur , tunc magis resi-  
stit. Sic fabri cultratij & gla-  
diorum , perungunt opus cor-  
num rasurâ ; cum illa igniunt  
lamina , donec rasura liquefacat ,  
& alcali ex cornubus attrahunt ,  
& tunc fiunt robustiora. Hæc est  
causa , vt transeuntes eorum of-  
ficinas nonnunquam cornuum  
vñtorum fætorem percipient. Fa-  
cillimè autem probatur alcali oc-  
cultum contineri in aquæ simpli-  
ci ex supradicta salis Saturni so-  
lutione , quæ statim lactescit ab  
ea. Sic etiam argentum in aqua  
forti solutum , huic solutioni si  
addideris aquam simplicem , sta-  
tim lactescit ; cum verò eadem  
aqua distillata fuerit , tunc alcali  
non ascendit , vt neque argenti  
solutio ab ea lactescit amplius.  
Qua de causa Io. Bapt. Porta  
iubet a aquam bis vel ter distil-  
lari pro arbore ex argento &  
Mercurio , quem vulgus ( ineptè )

magnum se-  
creum in-  
quit Her-  
mes.

Notent ca-  
nonici me-  
dici , quod  
Alcali a-  
qua com-  
munis non  
ascendit per  
alembicum ,  
ideo distil-  
lata non re-  
frigerat si-  
cuit sperma-  
tis supra-  
dicti.

a li. s. ma-  
gia natur.  
cap. 5.

144 *Ottonis Tachenij*

Philosophorum appellat. Sic etiam distillata aqua ex cephalicis , neque argentum neque plumbum , ex supra nominato soluto præcipitant , quas dixi in succis alcali non continere. Adeoque illa saltem ex refrigerantibus distillata , vt & communis non distillata continent alcali volatile : huius alcali ratione aqua nutrit ; hinc Lactantius <sup>a Lib. 1. cap.</sup> <sub>s.</sub> in aqua sunt omnia. Quod ante Hippocratem Thales Milesius , fortassis hac arte , etiam cognouit : teste Laertio in Thallete. Sic Hermes antiquissimus. Aqua , inquit , est susceptibilis nutrimenti in hominibus & alijs : Et sine aqua non operatur natura , &c.

Quoniam de aquis refrigerantibus est sermo , non prætereundus abusus aquæ rosarum , quas refrigerare dicunt , quod tamen hac mechanicâ reprobatur.

Venetis , hæc ut & omnes ferè aquæ , distillantur ex cupreō instrumento , ( nonnunquam stan-

no

no intus oblinito , quandoque  
ob vetustatem stannum est con-  
sumptum ) hanc aquam propi-  
nant pueris, quia vermes enecat  
expellitque, nonnunquam etiam  
vomitus mouet; hanc operatio-  
nem & virtutem vulgus aquæ  
rosarum adscribit. At aqua ro-  
sarum non est frigida plane, sed  
temperata , eò quod occultam  
& insensibilem aciditatem inse-  
parabilem habet , quæ aquam  
non deserit , vsque in sui anni-  
hilationem: cùm itaque per cu-  
preum alembicum fluit , occul-  
ta eius aciditas abradit de cu-  
pro quasdem atomos , quæ in-  
visibiliter aquæ commiscentur :  
vis videre cuprum ? stilla in  
portiunculam huius aquæ , vnam  
vel alteram guttulam alcali vri-  
næ , & illicò tota aqua virides-  
cit , eò quod aciditas aquæ , avi-  
dius arripit leue alcali magis si-  
mile , quam metallum ; quod  
ideo paulatim in viridem fundum  
cadit ; tunc aqua non amplius  
vomitus mouet , neque vermes

Aqua ros-  
arum non  
refrigerat  
nisi per plu-  
bum stil-  
lata.

necat , eritque similis illi , quæ per vitrea vasa distillata fuerit : fundum autem viridem liqua cum borrace , & redit in cuprum.

*olera omnia  
continent al-  
cali volati-  
le , refrige-  
rant , & sicut  
vulneraria  
omnia ; nu-  
gricibus lac  
generant; a-  
cida enim ,  
lactis impe-  
dimenta ,  
sunt .*

Non solum autem herbæ vulnerariæ & refrigerantes habent occultum alcali nutritium , sed etiam olera omnia ; ob id expectuntur à stomacho , acido excedente : hoc alcali est in causa , quod raro inebriantur , qui ante strenuam potionem brassicam coctam comedunt ; alcali enim huius herbæ , sicut temperat acidum vini inebriatum in stomacho ; ita in vitro illud absorbet & absimit .

*Specificæ  
remedia.*

Quare autem quædam simplicia , ut millefolij succus hemorrhoidibus , Fumaria ictero , rusci urinæ , Guaiacum & salsaparilla lux venerei , aliaque quam plurima alijs specialiter conferunt : vt & in quo consistat purgantium facultas , ea nunc hic enarrare nimis operosum esset lampada tradidisse sat est ; hoc

*Hippocrates Chymicus.* 147  
scripto saltem, occulta hactenus  
salia manifestare, inuitâ minet-  
vâ coacti sumus.

Susurrones hic audio, quod cum plumbō soluto vegetabilium alcalia volatilia demonstrare contendō, cūm etiam falsa quæque, plumbum ex hac solutione p̄cipitant ( id nimirum est quost antea confessi sumus ) hac tamen cum differentia; quod plumbum cum sale cadit pulueris formâ, clarum supernatans distilla, & habebis acetum, quod plumbum solutum gerebat; cadit autem ex aceto, quia sal aceto affinior quā metallum: sed misce aleali herbarum, vel potius stilla succum distarum herbarum in illud solutum plumbi, tunc non p̄cipitanter cadit in pulueris forma; sed fit instar pultis: distilla supernatantem liquorem, tunc non acetum, sed aquam insipidam indē hauries, manifestoque hoc argumento patet quod alcali aciditatem absorpsit.

N ij

Quantum luminis Hippocra-  
tica hæc doctrina addit medico,  
tam in componendis medica-  
mentis , ne vnum alteri oblit  
*seturio.* ( imò simplicium virtus miro  
modo hac scientiâ exaltari potest)  
quàm etiam in morbis sanandis:  
iudicent ij , qui sapores distin-  
guere, & modestè invertere no-  
runt ; quod adhuc , vnicò vrticæ  
exemplò ostendere satis erit : quæ  
*vrtica vi-*  
*165.* recens & madida vrit , & ves-  
cat , siccata adstringit , & san-  
guinem fistit : succus eiusdem ,  
in plumbo soluto coagulatur in  
offam nigram ; quæ rursus in  
alcali fixo , statim diuiditur in  
obscutum , penetrabilem tamen  
colorem : inde discitur , quod  
vrtica arefecta , cocta in lixiuio  
alcalizato ( dulce tamen ut vo-  
cant ) canitiem impedit , si quo-  
quo die capilli cum eo pertin-  
gentur : cum vitriolo denuò in  
in grumos concrescit flavescentes , qui cum spiritu eiusdem vi-  
trioli , iterum dissolvuntur in pel-  
lucidum liquorem.

Huiusmodi existimo fuere absconsæ virtutes radicum, de quibus Salomon, & virgultarum differentiæ, quas didicit à sapientia omnium artifice, disputans de hissope ad cedrum libani; non enim credibile est, quod verba funderet de primis qualitatibus & gradibus elementalibus, quas lingua metiri promittunt nostri Botanici; de his, inquam, dici non potest, absconsæ virtutes.

Hoc est quod voluit Arnoldus de Villa-noua, licet ob alias causas, eius opera correctione indigeant, a *vbi in promptu habentur simplicia*, inquit, *dolum* <sup>a In Apb.</sup> esse, si quis compositis utatur.

Huic studio olim cum operam darem, strenuam mihi operam præstítit insignis atque multarum rerum peritissimus Botanicus & Pharmacopola diligentissimus Ioannes Maria Ferro, sub signo sanitatis huius inclytæ <sup>venetiarum.</sup> vrbis, qui singulari curâ & studio omnis generis vegetabilia, aceruatim accumulabat, cuius

150      *Ottonis Tachenij*  
industriæ profecto quàm plurim  
um debo & gratiam habeo.

*Ad quartan puluis.*      Huius studij ope etiam com  
positum puluerem inueni, qui  
chinellæ vires si non superat, sal  
tem ei æquiualeat in quartana;  
quod testantur, qui hunc sub sa  
nitatis signo emerunt, & in usum  
adhibuerunt;

\*\*\*\*\*  
*Spiritualis plantarum repræ  
sentatio*

C A P V T   X X .

*Eccl. cap. 23.*      **E**X dictis & ostensis emergit  
fundamentum, quo proce  
dere debeat plantarum spiri  
tualis regeneratio, de qua Quer  
cetanus & in libello contra Ano  
nymum; quamque se vidisse ait  
apud medicum quendam Craco  
niensem, qui adeò eleganter ci  
neres cuiusvis plantæ apparare  
nouerat, earumque spiritus om  
nium facultatum autores exacti  
ssime conseruare, quarum supra  
triginta vasculis diuersis vitreis